

Michael Cobabus

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Michael Cobabus, S.S.  
Theol. D. & Prof. ... Virfinis Mariae Hedvigis Gerdes/ Vestalium claustrum apud nos  
Crucis Dominicae Dominae bene meritae. Funus indicit, Et ad eundem exequias  
Omnium ordinum cives ... invitat**

Rostochi[i]: Kilius, [1673]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777526670>


Druck Freier  Zugang





Cobabus, M.,  
in M.H. Gerdes.

Rostock. 1673.

70.







PROGRAMMA

30.

*Quo*

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
MICHAEL COBABUS.

S. S. Theol. D. & Prof.

*Venerabilis, & Prudentissima VIRGINIS*

MARIÆ HE-  
DUIGIS *Serdes /*

Vestalium claustrum apud nos Cru-  
cis Dominicæ DOMINICÆ  
meritæ.

*Funus indicit,*

Et ad eundem exequetur

Omnium ordinum cives serio  
seduloq; invitat.



Rostocki,

Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.





*E virginibus, inquit Sanct. Apostolus in priori ad Corinthios, Præceptum Domini non habeo, sed do vobis quod sentio, ut cui Dominus per misericordiam dederit fidum esse: tanquã misericordiam consecutus in hoc, ut sim fidelis. Existimo igitur hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quod inquam bonum sit homini ita esse.* Sancta autem **VIRGINITAS** non consistit in externa corporis castitate, sed in sanctitate corporis & Spiritus, illicitisq; libidinum flammis, quæ contaminant animam, virtute Spiritus S. renunciat: Nam in virginibus non prædicamus, quod virgines nominentur, & religioso habitu incedant; sed quod DEO dicatæ, & pio continentia dono sint præditæ, nihilq; magis sibi curæ esse patiantur, quàm ut, mundi delitiis, ac vanitatibus spretis, Deo pectore sincero serviant. Quamobrem Dei virgines, quibus datum est donum continentia, absq; solenni cælibatus voto, cujus usus frequentissimus viget in Papatu, in quo exiguntur vota perpetua continentia à virginibus, de quibus nondum constat, an illius dono sint instructæ, firmo animo sanctam virginitatem amplectuntur, non ut pro suis, aliorumq; peccatis satisfaciant,

ant, vel vitam æternam suæ sanctimonix operibus mereantur, sed ut aptiores sint ad sufferendas hujus vitæ difficultates, ac molestias, cunctisq; animi sensibus rebus sacris, precibus, aliisq; pietatis exercitiis expeditius invigilent, & decenter in suo vitæ genere vivant, Nam *virgo*, ajit Apostolus, *cogitat ea, quæ Domini sunt, ut sit sancta* & corpore, & Spiritu: *quæ verò nupta est, curat ea, quæ sunt mundi, quomodo placitura sit viro.* Et si enim curæ domesticæ, aliæq; obstacula, & difficultates, quæ in hujus vitæ curriculo pias conjuges circumstant, neminem avocare debent à cultus Divini, vel pietatis exercitio, cū opus Domini, sicut Propheta docet, nō negligentur sit faciendum; illæ tamen foemine quæ matrimonio junctæ sunt, atq; Deū sincerè venerantur, sæpe numero ingemiscunt, quòd in varias curas distractæ, & multis difficultatibus œconomicis impeditæ ex sententia pietatis, & sanctimonix studia exercere nequeant. Quæ verò curis illis domesticis, preces, & cultum Divinum impredientibus, non sunt implicitæ, liberius, & expeditius curare possunt, quæ ad cultum DEI pertinent, Virginitatem igitur perpetuam Apostolus non præcipit, neq; eam simpliciter anteponit matrimonio; sed ob certas causas commendat, ut Christianis ante oculos ponat, in quonam statu, vel vitæ genere DEO omnium moderatori tranquillius, & commodius se suaq; membra possunt sistere. Cujus vitæ tranquillitate constanti animo gavisa est



X  
est piè defuncta venerabilis, & prudentissima Domina  
MARIA HEDUIGIS Gerdes / ut in hujus vitæ iti-  
nere cogitaret, quæ Domini sunt, & rebus Divinis, piis  
precibus, & similibus expeditius invigilaret. Cæterum  
non placet prolixius præfari. Lubebit potius ad ea,  
nos convertere, quæ hujusmodi commentationum,  
funebrium pars non postrema esse siveverunt; Quam-  
obrem, quæ de origine, vita, morte denique beatè  
defunctæ accepimus, ea compendio jam porro adscri-  
bere sedet animo nostra sententia. Nata est Stral-  
fundi urbe clarissimâ, ac emporio celebratissimo, pa-  
tre quidem Viro Consultissimo, & Amplissimo DN.  
MATTHÆO Gerdes / Juris Cons. dictæq; urbis Syn-  
dico gravissimo: Matre verò HEDWIGE REI-  
CHIA è Brunsvicensium oriundâ terrâ, Matronâ sexus  
sui ornatissimâ virtutibus. Proavus ipsi Paternus fuit,  
Vir Amplissimus DN. HENRICUS Gerdes / Consul  
hujus civitatis Nobilissimus, salutis publicæ & adservan-  
dæ, & quotidie in majus provehendæ natus, datusq;  
Proavia paterna ELISABETHÆ, DN. BRANDANI  
SCHMIDII, Consulis Wismariensis præclarè meriti  
filia, fæminarum optima. Avum patetnum habuit  
JOACHIMUM Gerdes / Civem Rostochiensem pri-  
mariū, & ipso senio venerabilem Aviam paternam,  
CATHARINAM KRUGERIAM, Matronam hono-  
ratissimam. Maternum Avum nacta fuit Virum Con-  
sultissimum; & Amplissimum DN. BARTHOLDUM  
REI-

REICHIUM, J. C. *Holtzmunda*, quæ prope BRUN-  
SUIGAM sita est natum, Academiae Lipsiensis Prof. P.  
deinde BONONIÆ apud Italos jura publicitus do-  
centem, denique reducem factum Serenissimorum,  
PRINCIPUM, ac DUCUM *Brunsvicensium* DN. HIN-  
RICI Junioris, ac DN. JULII Consiliarium, quem et-  
iam SOPHIÆ dicti HINRICI viduæ, ex *Serenis. Ja-*  
*gellonica* stirpe oriundæ, bis in *Polonia* oratorem nobi-  
lissimum, atque ecclesiæ Cathedralis ad Div. Blasium,  
quæ est *Brunsvigæ* Decanum maximè spectabilem, Avi-  
am maternam sortita est nostra, SOPHIAM KONI-  
KE Matronam planè eximiam. Tam honorata ac  
splendida DEFUNCTÆ nascendi fors contigit; tota  
tamen carnalis aut mundana, ad salutem felicitatemq;  
æternam nil omnino momenti collatura. Longè au-  
tem minor illâ alterâ, quæ per aquam obtigit, & Spiri-  
tum, quæque una verè nobilitavit, fecitque, ut in  
DEI fædus reciperetur, & cœlestium nunc adiret hæ-  
reditatem. Quo ipso Divinæ regenerationis beneficio  
potita, & jam ætate aliquanto proVectior, eximiam  
indolem præferre, idque enixè agere visa est, ut, sic-  
ut excellentiâ generis, ita virtutum quoque præroga-  
tivâ cæteris sui sexus virginibus longè anteiret. In-  
quam rem providi optimique parentes operam lucu-  
lentissimè suam commodabant, neque quicquam in-  
ternittebant eorum, quæ FILIÆ isti suæ piè hone-  
steque educandæ factura esse viderentur. Sed nimis,  
dolor!

X  
dolor! maturè ista parentum in filiam adhibita, per  
mortem intercepta est, vigilantia, adeoque, ut san-  
guine juncti DN. JOACHIMI BAUMANNI, in Urbe  
*Stralsundensi* inspectioni, fideiq; commissa sit, in eum  
finem, ne illud morum, virtutumq; feliciter cæptum  
negotium periclitaretur, sed luculentissima potius in-  
dies caperet incrementa. Pro quo parili exequendo fi-  
ne ad nos reversa CATHARINÆ MAGNÆ b. m.  
Ejus scilicet, quæ tum à DOMINA, PRIOR erat, con-  
suetudine, convictuq; uti cæpit; qua deinceps è mor-  
talibus abeunte, cælestiumq; ad sociatâ consortio abs  
germana sorore ANNA CATHARINA *Gerdes* / Ci-  
vis cujusdam Rostochiensis primaria uxore pronis  
quasi ulnis excepta, benignè habita, & studiosè cura-  
ta. Cæterum cum per ipsam naturam, insitamvè indo-  
lem quandam ita facta videretur, ut mundanas tur-  
bas, & delicias, quibus hoc mortalium genus irretiri  
magnis quotidie experimentis edocemur, averfaretur,  
solitudinem amare, & tranquillitati sese totam  
consecrare voluit, ut eo pacto, quæ jam tum in ipsa  
altissimæ sese radicarant virtutes, eo felicius stabilirentur.  
Hinc *monialium* addita est numero anno ætatis  
XVI. earumque per totos viginti quinque annos ita  
usa est consortio, ut majores natu reverentiâ ac cultu,  
pares amore in super ac fide, quosvis alios extra istam  
vivendi solitariam consuetudinem constitutos candore,  
atq; dexteritate prosequeretur. Unde factum  
est,

est, ut, cum non esset aliquando, quæ monialibus imperaret,  
Hæc NOSTRA inter quasvis alias dignissima esse judicaretur,  
cujus humeris ista dominandi moles anno millesimo  
sexcentesimo sexagesimo primo per solennem proclamationem,  
electionemquæ imponeretur. Quo dignitatis munere  
laudabiliter functa est duodecim ferme annos. Quanquam  
per ipsam etiam jam ætatem (nata enim fuit anno M. DC. XIX,  
IV. nonarum Julii) virium quotidie notabile persenserit de-  
crementum; omnium tamen maximè ante annum infestari,  
divexariquæ scorbuto, aliisque symptomatibus caput. Sed  
audiamus hic sententiam Excell. & Experimentis. DN. SEBA-  
STIANI WURDIGII Med. D. ac Prof. celeberrimi Collegæ  
honoratissimi. *Morbus, is inquit, quo Venerabilis DOMINA, MA-  
RIA Serdes / II. Januarii piissime defuncta, occubuit, annuus  
fuit, & hinc Chronicus. Sol enim præcisè circum suum peragravit,  
ex quo 10. Januarii anni superioris 1672. infirmata lætoq; affixa,  
primitus decubuit. Invaletudo autem ex improvise quodam, infelici  
tamen & periculoso lapsu initium sumsit & originem, quo præcordia  
haud leviter illisit, ex quo mox dolores pleuritici, tusses, cum primis  
etiam suspiriosum asthma insecuri sunt. Symptomata hæc, præsentis  
tunc temporis Medici, Experimentissimi DN. D. PAULI JOACHIMI  
STOCKMANNI, dexteritate feliciter sunt profligata, materia è  
pectore confertim evacuata, ita ut spes de firma mox subsequenda  
valetudine haud obscure illucesceret; ægra enim vires resumere, sa-  
cris operari, & alia officii munia sic satis bene suslinere & admini-  
strare iterum videbatur. Verùm cum viribus ab olim esset tenerio-  
ribus, malum pristinum, præterita æstate, non tantùm recruduit,  
sed alii propediem morbi complicati, pejora valetudinis incommo-  
da, cum eo conspirarunt cum primis etiam haud levia ex splene hæredi-  
taria sensit symptomata, cum quibus maximam ætatis partem hæ-  
tenuis conflata. Ista tamen provida Excellentissimi DN. D. JO-  
HANNIS BALMEISTERI cura, qui valetudini afflictæ tunc præerat,  
dexter-*


dexterrimè sublata sunt. Accessere itaque absente Medico & alia, in super vita, insidiantia graviora mala, puta febris, in appetentia, intumescencia præcordiarum, vigilia, inquietudines, marasmus, virium defectus & imminutio, qua ipsius vite paulatim fuit jactura, moris prodromus, & placidissimi tandem obitus vera & genuina causa. Cum itaque ipsa DOMINA tempus mortis jam imminere animadverteret, sarcinulas collegit, sequè ad discessum ex hac vita providè præparavit. Quare non ita pridem cœlestibus usa est epulis, Sacram Cœnam administrante Viro Plur. Rev. DN. D. ENOCHO SVANTENIO. Quo extremo viatico probè instructa die decimo hujus mensis circa nonam vespertinam fiduciæ & spei in Servatorem Jesum Christum plena, omnibus sensibus integrâ, & sine ullo corporis motu violentiori ex hac misera, ac caduca, in meliorem vitam commigravit; satura vitæ, satura molestiarum, quibus ut DOMINA per hosce duodecim annos cernebat sese obnoxiam. Vos jam, CIVES ACADEMICI omnium ordinum honoratissimi, ut VESTALIUM PRINCIPI aut DOMINÆ frequentes eatis exequias, sedulò serioquè invitamini, quæ quidem officii ratio impense vos decebit, & hi, qui præsentis casu afficiuntur, id agent continuò, ut istam prothymiam atquè benevolentiam vestram, quibus unquam possint studiis, officiisque demereantur.

*P. P. sub sigillo Rectoratus, die XXI. Jan.  
Anno 1673.*

Conventus fiet in Æde Jacobæa,  
Horâ I. pomerid.













est, ut, cum non esset aliquando, q  
Hæc NOSTRA inter quasvis alia  
tur, cujus humeris ista dominand  
sexcentesimo sexagesimo primo per  
nem, electionemquè imponeretur.  
laudabiliter functa est duodecim fern  
per ipsam etiam jam ætatem (nata en  
IV. nonarum Julii) virium quotidie  
crementum; omnium tamen maxit  
divexariquè scorbuto, aliisque sym  
audiamus hic sententiam Excell. & E  
STIANI WURDIGII Med. D. ac Pr  
honoratissimi. Morbus, is inquit, quo  
RIA Herdes / 11. Januarii piissimè de  
fuit, & hinc Chronicus. Sol enim præ  
vit, ex quo 10. Januarii anni superioris 16  
primitus decubuit. Invaletudo autem ex  
tamen & periculoso lapsu initium sumsit &  
haud leviter illisit, ex quo mox dolores pl  
etiam suspiriosum asthma insecuri sunt.  
tunc temporis Medicò, Experimentissimi D  
STOCKMANNI, dexteritate feliciter  
pectore confertim evacuata, ita ut spes  
valetudine hant obscure illucesceret; agr  
eris operari, & alia officii munia sic sat  
frare iterum videbatur. Verùm cum v  
ribus, malum pristinum, præterita est  
sed alii propediem morbi complicati, pe  
da, cum eo conspirarunt cumprimis etiam b  
varia sensit symptomata, cum quibus ma  
ctenus conflictata. Ista tamen provida  
HANNIS BACMEISTERI cura, qui vale

bus imperaret;  
esse judicare  
no millesimo  
proclamatio  
tatis munere  
Quanquam  
M. DC. XIX,  
ersenserit de  
num infestari,  
cæpit. Sed  
DN. SEBA  
rimi Collegæ  
DOMINA, MA  
ubuit, annuus  
suum peragra  
lectoꝝ affixa,  
odam, infelici  
quo præcordia  
s, cumprimis  
hac, presentis  
I JOACHIMI  
a, materia è  
subsecutura  
resumere, sa  
re & admini  
esset tenerio  
im recruduit,  
pis incommo  
plene heredi  
s, partem ha  
i DN. D. JO  
tunc præerat,  
dexter-

